

Ἀλκιβιάδην φάσαι· Εἶθε σοι, ὦ Περικλείς, τότε
 συνεγερόμην, ὅτε δεινότατος σαυτῷ ταῦτα ἦσθα!
 47 Ἐπεὶ τοίνυν τάχιστα τῶν πολιτευομένων ὑπέλαβον
 κρείττονες εἶναι, Σωκράτει μὲν ἔτι προσήεσαν
 (ἔτε γὰρ αὐτοῖς ἄλλως ἤρθεσκεν· εἴτε προσέλθοιεν,
 ὑπὲρ ὧν ἡμάρτανον ἐλεγχόμενοι, ἤχθοντο) τὰ δὲ τῆς
 πόλεως ἔπραττον, ὧνπερ ἕνεκεν καὶ Σωκράτει προσ-
 48 ἤλθον. Ἀλλὰ Κρίτων τε Σωκράτης ἦν ὁμιλητής,
 καὶ Χαιρεφῶν, καὶ Χαιρεκράτης, καὶ Ἑρμοκράτης,
 καὶ Σιμμίας, καὶ Κέβης, καὶ Φαίδων δὲ, καὶ ἄλλοι,
 οἱ

ὅτε δεινότατος σαυτῷ] Graecismus egregius superlativi pro comparativo: Cum in hoc genere te ipse superabas, cum studiosior eras, quam in reliqua vita fuisti, aut quam nunc es: cum maxime talia tractabas. Hunc Graecismum non ceperunt quidam viri docti. Ern. Plura vide apud Viger. de Idiot. III, 2, 12 et Markland. ad Maxim. Tyr. Diss. 23, init.

§. 47. ἔτε γὰρ] Ernestus ὁ πάνυ ait, hanc totam parenthesin abesse ed. pr. Sed equidem nusquam hanc lacunam reperire potui. In Cod. Florent. E. defunt verba ἔτε γὰρ — ἤρθεσκεν. Hindeburgius pro ἔτε maualt ἔδδ, male.

εἴτε προσέλθ.] Ernestus correxit εἰ δὲ προσέλθ. At τε necessario requiritur a praeced. ἔτε, et τε copulat sententiam aientem cum negante: ut infra III, 4, 1, ubi particulam ἔτε bis sequitur τε: Cyrop. III, 1, 10 est ἔτε τὸν δασμὸν ἀπήγαγες, ἔτε στρατεύμα ἐπεμφας, ἐτείχιζες τε τὰ ἐρύματα. Similem locum ex Thucydide laudat Hoogev. ad Viger. VIII, 7, 1. Quare nostro loco illud τε, τε redde partim, partim. εἴτε confirmant Cod. Vatic. I. Florentini quinque omnes.

προσῆλθον] Bessario locum est interpretatus: cuius rei gratia cum eo aliquando fuerunt. Sed non est quod particulam aliquando commi-

niscaris, si προσῆλθον, duce Leonclauio, reddas accesserant. Qui aliter statuunt, sensum auctoris non assequuntur.

§. 48. Χαιρεκράτης] In marg. Steph. est Χαιρεστράτης, idemque legit Bessario. Sed recte observavit Hindeburgius, vulgatum esse melius, cum Chaerecrates et Chaerephon fratres infra occurrant II, 3 disertèque vocentur Socratis γνώριμω. Post Chaerecratem e Cod. Paris. I nomen Hermocratis interserui vulgo omissum. Hermocrates est inter personas cum Socrate loquentes in Critia Platonis et in Timaeo.

Φαίδων δὲ] MS. Leid. habet Φαιδώνδης, ut in codice suo reperit Bessario. Quam lectionem si sequamur, non Phaedo Eleus intelligendus, sed Phaedondes Cyrenaeus, qui, teste Platone in Phaedon. cap. 2, morienti Socrati affuit. Is apud Auctor. Epist. Socrat. p. 36 et Suidam v. Σωκράτης non patronymica forma Φαιδώνδης, sed primitiva Φαίδων dicitur: de qua formarum commutatione disputauimus in Histor. Crit. Orat. Gr. p. 90. 100. Rubrik.

καὶ ἄλλοι] Hic erat locus nominandi Platonis. Sed videtur eum consulto Xenophon ad reliquam turbam, quae significatur voc. καὶ ἄλλοι, ablegasse, propter similitudinem nimirum, quam tradunt